




PLINI
SECUNDO
LIBER
ILLUSTRIUM
VIRORUM
FLORENTIAE
RIPOLI
1473
52













BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE - FIRENZE
RACCOLTA NENCINI
I
6
4
33



OTIVM
SINE LITERIS
MORS EST
Seneca
Ex Libris Joannis Nencini
1874














.C.PLINII.SECVNDI.IVNIORIS LIBER . ILLVSTRIVM . VIRO RV .INCIPIT.

P ROCA.REX.ALBANO
rum Amulium & Numitorem
filios habuit : quibus regnum
annuis uicibus habendum reli
quit : & ut alternis imperarent. ſed amuli
us fratri imperium non dedit : & ut eum ſo
bole priuaret : Rheam ſiluiam filiam eius
ueſtæ Sacerdotem pręfecit : ut uirginitate
perpetua teneretur : quae a marte compreſ
ſa Romulum & remum edidit. Amulius
ipſam inuincula compegit. Paruuloſ intibe
rim abiecit : quos aqua inſicco reliquit. Ad
uagitum lupa accurrit : eoſque uberibus ſuiſ
aluit. Mox fauſtulus paſtor collectos accæ
laurentiæ coniugi educãdos tradit. Qui
poſtea amulio interſecto, Numitori auo re
gnum reſtituerunt. Ipſi paſtoribus coadu
natis ciuitatem cõdiderunt : quam romulus
augurio uictor, quod ipſe : xii. Remus. vi
uultures uiderat, Romam uocauit. & ut
eam prius legibuſ quam męnibuſ muniret :
edixit nequis uallum tranſiliret. quod Re

a i

Amulus / Numitor } fres
Rhea Silvia
Romulus / Remus } fres
Faustulus pastor
Vrb Roma



mus irridens transiliuit: & acelere centuri one rastro fertur occisus.

DE. ROMVLO. ROMANORVM. REGE. PRIMO.

1 r OMVLVS asilum conuenis pate fecit: & magno exercitu facto cum uideret coniugia deesse: per legatos a finitimis ciuitatibus petiit. Quibus negatis ludos consualia simulauit: ad quos cum utriusque sexus multitudo uenisset, dato eius signo uirgines raptæ sunt. Ex quibus cum una pulcherrima cum magna admiratione omnium duceretur, Thalasio eam duci responsum. Quae nuptiæ qr foeliciter cesserunt: institutum est, ut omnibus nuptiis thalasii nomen inuocaretur. Cum fęminas finitimorũ romani ui rapuissent, primi cẽninenses cõtra eos bellum sumpseruut. Aduersus quos Romulus processit. & exercitum eorum ac ducem Acronem singulari prelio deuicit. Spolia opima ioui pheretrio in capitolio consecrauit. Sabini ob raptas bellum aduersus romanos sumpserunt: & cum romae appropinquarent.

Tarpeiam uirginem nacti : que aquae / cau
sa sacrorũ hauriendae descenderat. ei. T.
tacius optionem muneris dedit : Si
exercitum suum in capitolium produxisset
Illa petiit quod in sinistris illi manibus ge
rebant. uidelicet anulos & armillas. Q ui
bus dolose repromissis sabinos ĩ arcem pro
duxit. ubi Titus scutis eam obrui pręcepit
Nam & ea inleuis habuerant. Romulus ad
uersum Tacium : qui montem Tarpeium
tenebat : ꝓcessit & ineo loco / ubi nũc. ro.
forum est : pugnam conseruit. Ibi hostus
hostilius fortissime dimicãs cecidit
Cuius interitu cõsternati romani fugere coe
perunt. Tunc Romulus Ioui statori ędẽ
uouit : & exercitui seu forte seu diuinitus
restitit. Tuuc raptę ĩmedium processerũt :
& hinc patres inde coniuges deprecatae cõ
ciliarunt. Romulus fędus percussit : & sa
binos inurbem recoepit : populum a curibus
oppido sabinorum quirites uocauit. Centũ
senatores ab ętate patres appellauit. Tres
equitum centurias instituit : quas suo no /
mine Ramnes. A Tito tatio tacienses : a
lucumone luceres appellauit. Cum apud ca
preæ paludem exercitũ lustraret nunquam
comparuit. Vnde inter patres & populum

seditione orta iulius proculus uir nobilis in concionem processit: & iure iurando firmauit Romulum a se incolle quirinali uisum augustiore forma cum ad deos abiret: eundemq; precipere ut seditionibus abstinerēt uirtutem colerent: Futurum ut omnium gētium domini existirēt. Huius autoritati creditum est: ędes incolle quirinali Romulo constituta: ipse pro deo cultus: & quirinus est appellatus.

DE. NVMA. POMPILIO. ROMANORVM. REGE. SECVNDO.

p OST consecrationem romuli cum diu īter regno seditiones orirentur. Numa pōpilius pōponi filius curibus oppido sabinorū accitus: cum adducētibus ciuibus romam uenisset: ut populum ferum religione molliret, sacra plurima instituit. aedem uestæ fecit. Virgines vestales legit: Flamines tres dialem. martialem. quirinalem. Salios martis sacerdotes: quorū primus prę sul uocat: alios duodecī īstituit Pōt. max. creauit. Portas Iano gemino ędificauit: Annū ī. xii. mēses distribuit. Additis ianuario & februario. Leges quoq; plu

rimas & utiles & oīa iussu egerie nymphae uxoris suae se facere simulans. Ob hanc tā tam Iustitiā bellum ei nemo intulit. Mor bo solutus inianiculo sepultus est: ubi post annos arcula cum libris aterentino quodam exarata: qui libri qr leues quasdam sacro rum causas continebant: ex auctoritate pa trum cremati sunt.

DE. TVLLO. HOSTILIO. ROMA NORVM. REGE. TERTIO.

t VLLVS hostilius: qr bonam ope ram aduersum Sabinos nauauerat: rex creatus bellum albanis indixit: quod trigeminorum certamine finiuit. Albam ꝓ pter proditionem ducis Metii suffecii diru it. Albanos romam transire iussit. Curiā hostiliam constituit. Montem celium urbi addidit. Et dum Numam pompilium sacri ficiis imi tatur, Ioui elicio litare nō potuit. Fulmine ictus cum regia conflagrauit. Cū inter romanos & albanos bellum fuisset exortū: ducibus hostilio & suffecio, placuit rē paucorū certamine finire. Erant apud ro manos trigemini oratii: tres apud albanos cu riatii: quibus foedere icto cōcurrētibus, sta

tim duo romanorum ceciderant. Tres al-
banorum uulnerati. Vnus Oratius quanuis
integer, qr tribus impar erat fugam simula
uit. & singulos per interualla ut uulnerum
dolor erat interfecit: & cum spoliis onu-
stus rediret sororē obuiā habuit: quę uiso pa
ludamento sponsi sui: qui unus excuriatiis
erat. flere cepit. frater eam occidit. Quod
apud duum uiros condemnatus ad populū
prouocauit: ubi patris lacrimis cōdonatus:
abeo expiādi gratia subtigillū missus: quod
nunc quoq; uiæ suppositum sororium appel
latur. Metius suffecius dux albanorum
cum se īuidiosum apud ciues uideret, quod
bellum solo trigeminorum certamine finis
set ut rem corrigeret uehientes: & fidena
tes, aduersum romanos incitauit. Ipse tul
lo in auxilium accersitus Aciem incollem
subduxit utfortunam sequeretur. Qua re
tullus intellecta, magna uoce ait illud suo
iussu Metium facere. Quare hostes ter
riti uictiq; sunt. Postera die metius cum
adgratulandū Tullio uenisset iussu ipsius
quadrigis religatus & īdiuersa distructus ē

DE. ANCO. MARTIO. ROMA-NORVM. REGE. QVARTO.

a NCVS Martius numæ pompilii ex filia nepos æquitate & religione auo similis latinos bello domuit. Auentinum & curtium montes urbi addidit. Noua moenia oppido circumdedit. Siluas ad usum nauium publicauit. Salinarũ uectigal instituit. Carcerem primus aedificauit. Hostiam coloniam maritimis commeatibus oportunam in hostio tiberis eduxit. Ius feciale: quo legati ad res repetẽdas uterentur: ab equiculis transtulit. quod prius fertur hessus excogitasse. his rebus intra paucos dies confecis immatura morte prærep tus nõ potuit præstare qualẽ premiserat regẽ

DE. LVCIO. TARQVINIO. PRISCO. ROMANORVM. REGE. QVINTO.

l VCIVS. tarquinius priscus lucumo græci de marathi filius: qui cypseli tyrannidẽ fugiens in hetruriã cõmigrauit. Ipse lucumo dictus urbe tarquiniis profectus romam petit: Aduenienti aquila pilleum substulit & cum alte subuolasset reposuit. Tanaquil coniunx auguriorũ perita regnũ ei portendi intellexit. Tarquinius pecunia & industria dignitatem atq; etiam Anci re

gis familiaritatem consecutus a quo tutor li
beris relictus regnum intercepit: & ita ad
ministrauit: quasi iure adeptus fuisset. Cen
tum patres in curiam legit: qui minorum gen
tium sunt appellati. Equitum centurias nume
ro duplicauit: nomina duplicare non potuit.
Accii nauii auguris auctoritate deterritus:
qui fidem artis suae nouacula & cote firma
uit. Latinos bello domuit. Circum maximū
aedificauit. Ludos magnos instituit. De sa
binis & priscis latinis triumphauit. Murum
lapideum circumdedit. Filium .xiii. anno
rum quod in prelio hostem percussisset: pre
texta & bulla donauit. Vnde hec ingenuorū
puerorum insignia esse coeperunt. Post ab
anei liberis immissis percussoribus per do
lum regno exutus est. & interfectus:.

DE. SERVIO. TVLLIO. REGE. VI.

VI

s ERVIVS. tullius Puri cornicularii
& ocretiæ captiuæ filius Cum in do
mo Tarquini prisci educaretur: flammæ spe
cies caputeius amplexa est. Hoc uiso tana
quil summā ei dignitatem portendi intelle
xit. Coniugi suasit ut ita eū ut liberos suos

educaret . Qui cum adoleuiſſet : genera tarquinio aſſumptuſ eſt. Et cū rex occiſuſ eſſet: Tanaquil ad populum deſpiciens ait : Priſcum graui quidem ſed non letali uulnere accepto petere ut interī dum conualeſcit Seruio tullio audientes eſſent : Seruius tullius quaſi precario regnare cepit. Sed recte imperium miniſtrauit : Hetruſcos ſepe domuit. & collem quirinalem & uiminalem urbi addidit. Aggerem foſſaſq; fecit. Populum in quatuor tribus diſtribuit ac poſt plebi diſtribuit annonam Menſuras pondera claſſes centuriaſq; conſtituit. latinorum populis perſuaſit ut exemplo eorum qui dianae epheſiæ ædem feciſſent: & ipſi ædē dianæ in auentino ædificarent . Quo effecto bos cuidam latino miræ magnitudinis nata eſt. Reſponſum ſomnio datum eum populum ſummam imperii habiturū : cuiuſ ciuis illam imolaſſet. Latinus bouem in auentinū egit : & cauſam ſacerdoti. ro. expoſuit . Ille callidus dixit prius eū uiuo flumine manus abluere debere . Latinus dum ad tiberī deſcendit , ſacerdos bouem imolauit. Ita imperium ciuibus: ſibi gloriam facto conſilioq; quaſiuit. Seruius Tullius filiam alteram ferocem alterā mitem habenſ

cum Tarquinii filios pari animo uideret: ut omnium mentes morū diuersitate leniret: ferocem miti, mitē feroci ī matrimoniū dedit. Sed mites seu forte seu fraude perierūt Feroces morum similitudo coniunxit. Statim Tarquinius superbus a Tullia incitatus aduocato senatu regnum paternum repetere cepit. Qua re audita Seruius dum ad curiā ꝓperat: iussu tarquinii gradibus reiectus & domum refugiens interfectus est. Tullia statim inforum properauit & prima cōiugē regem salutauit: a quo iussa turba recedere: cum domum rediret uiso patris corpore mulionem euitantem: super ipsum corpus carpentum agere præcepit. Vnde uicus ille sceleratus dictus. Postea Tullia cum coniuge in exilium acta.:

VII

DE. TARQVINIO. SVPERBO. ROMANORVM. REGE. SEPTIMO.

t ARQVINIVS. superbus cognomen moribus meruit, Occiso Seruio Tullio regnū scelestē occupauit: tamen bello strenuus latinos sabinosq; domuit. Sceā pometiā hetruscis eripuit. Gabios per sextū filium simulato transfugio in potestatem re

degit. Et ferias latinas primus instituit.
Lacus incirco & cloacam maximam fecit:
ubi totis populi uiribus usus est: unde illæ
fossæ quiritum sunt dictæ. Cum capitoliū
inciperet caput hominis inuenit. Vnde co
gnitum est eam urbem caput gentium futu
ram. & cum in obsidione ardeæ filius eius
Lucretiæ stuprum intulisset: cum eo in exi
lium actus ad Porsenam hetruriæ regem
cōfugit: cuiusope regnū retinere tentauit.
Pulsus cumas concessit: ubi p̱ summā īgno
miniam reliquum uitæ tempusexegit:

DE. TARQVINIO. COLLATINO VIII

t ARQVINIVS. collatinus soro
re Tarquinii superbi genitus in con
tubernio iuuenum regiorum ardeæ erat.
Vnde cum forte liberiore conuiuio coniugē
suam unusquisq; laudaret: placuit experiri.
Itaque equis romam petunt. Regias nurus
in conuiuio uel lusu deprehendunt: & inde
collatium petunt. Lucretiam inter ancillas
in lanificio offendunt: Itaq; ea pudicissima
iudicatur. Ad quam corrumpendam Tar-
quinius sextus nocte collatium rediit: & iu
re propinquitatis ī domum collatini uenit:

& ĩcubiculum Lucretiæ irrupit: pudicitiam expugnauit. Illa postero die aduocatis pa/tre & coniuge rem exposuit: & se cultro quem ueste texerat occidit. Illi in exitium regium coniurarunt, eorumque exilio necẽ lucretiæ uindicauerunt:.

IX

DE. IVNIO. BRVTO. PRIMO. RO. CONSVLE.

i VNIVS brutus sorore Tarquinii superbi genitus cum eandem fortu/nam timeret quam frater ĩciderat: qui obdi tias & prudentiam fuerat ab auunculo oc cisus: stultitiam finxit. Vnde brutus dic/tus. Iuuenibus regiis delphos euntibus ri/diculi gratia comes adscitus baculo sãbu ceo aurum infusum deo donũ tulit. Vbi responsum est eum Romæ summam pote statem habiturũ: qui primus matrem oscu laretur: ipse terram osculatus est. Deinde ꝓ pter Lucretiæ stuprum cum Tricipitino & collatino in exitium regium coniurauit. Q uibus in exilium actis, primus consul creatus filios suos: quod cum aquiliis & ui telliis ad recipiendum in urbem tarquinios coniurauerãt: uirgis caesos securi percusit.

Deinde in prælio quod aduersus eos gerebat, singulari certamine cum arunte filio Tarquinii congressus, se ambo mutuis uulneribus occiderunt. Cuius corpus in foro positum a collega laudatum matronę anno luxerunt:

DE. HORATIO. COCLE. PONTIS. FRACTORE.

p ORSENA rex hetruscorum cum tarquinios in urbem restituere tentaret: & primo impetu ianiculum cepisset: Horatius cocles illo cognomine quod in alio prælio oculum amiserat ꝓpōte sublicio stetit & aciem hostium sustinuit: donec pōs a tergo interrumperetur, tum ī tyberim decidit: & armatus ad suos tranauit. Ob hoc ei tantum agri publice datum est: quantum uno die arari potuisset statua quoque ei in uulcanali posita:

DE. MVTIO. QVI. MANVM. FOCVLO. IMMISIT.

c VM. Porsena urbem obsideret: Mutius cordus uir romanæ cōstantię

ſenatū adiit: & ueniā tranſfugiēdi petiit, necē regis repromittens. Accepta poteſta te in caſtra Porſenæ uenit. Ibiq; purpuratū pro rege deceptus occidit. Apprehenſus & ad regem per tractus dexteram aris impo/ ſuit: hoc ſupplicii ab rea exigens: quod in ce de peccaſſet. Vnde cum miſericordia regis abſtraheretur: quaſi beneficium referens ait trecentos aduerſum eum ſimiles cōiuraſſe. Qua re ille territus bellum acceptis obſidi bus depoſuit. Mutio prata tranſtiberim data, ab eo mutia appellata. Statua quoque ei honoris gratia conſtituta eſt:.

XII

DE. COCLIA. VIRGINE. NOBILI.

p ORSENA Cocliam uirginem no bilem inter obſides accepit: quæ de ceptis cuſtodibus noctu caſtris eius egreſſa equum quem ſors dederat arripuit: & tybe rim traiecit. A porſena p. legatos repetita, reddita. Cuius ille uirtutem admirans cum quibus optaſſet inpatriam redire permiſit. Illa uirgines quidem & pueros elegit: quo rum ætatem iniuriæ ob noxiam ſciebat. hu ic ſtatua equeſtris in foro poſita:.

DE. MORTE. FABIAE. GENTIS. XIIII

r OMANI cum aduersus uehientes bellarent: eos sibi hostes familia fabiorũ priuato nomine deposcit: & prefecit Trecenti sex duce Fabio consule fuerunt. Cum saepe uictores extitissent, apud cremeram fluuiũ castra posuerunt. Vehientes ad dolos conuersi, pecora ex aduerso in cõspectu illorum posuerunt: ad quae progressi fabii ininsidias delapsi ad unum occisiõe perierunt. Dies quo id factum est, inter nephastos relatus. Porta qua profecti erant scelerata est appellata. Vnus ex ea gente ꝓpter impuberem ætatem domi relictus genus propagauit: ad. Q. Fabium maximũ: qui hanibalem mora fregit, cunctator ab ob trectatoribus dictus.

DE. LVCIO. VALERIO. PVBLICOLA. XIIII

l VCIVS. Valerius uolesi filius: primo de uehiẽtibus, Iterũ de sabinis: tertio de utriusque gentibus triumphauit. hic quia in locum Tricipitini collegæ, consulem subrogauerat: & domum in Velia tu

tissimo loco habebat: in suspictionem regni affectati uenit. Quo cognito apud populũ questus: quod de se tale aliquid timuisset: & immisit qui domum suam diruerent. Secures etiam fascibus dempsit. eosq; in populi concione submisit. Legem de prouocatione a magistratibus ad populum tulit. hinc publicola dictus. Cum diem obisset publice sepultus & annuo matronarũ luctu ornatus est.:

XV.

DE. AVLO. POSTVMIO.

t ARQVINIVS. eiectus ad Manlium tusculanum generum suum confugit. qui cum latio cõcitato romanos grauiter urgeret: Aulus postumius dictator dictus apud regillũ lacum cum hostibus cõflixit. Vbi cũ uictoria nutaret: magister equitum equis frenos detrahi iussit: ut in reuocabili impetu ferrentur. ubi & aciem latinorũ fregerunt: & castra ceperunt. Sed inter eos duo iuuenes candidis equis ĩsigni uirtute apparuerũt. quos dictator quæsitos ut dignis muneribus honoraret: nõ repperit. Castorẽ & pollucẽ ratus communi titulo dedicauit.

DE. LVCIO. QVINTIO. CINCINNATO XVI

l VCIVS. Quītius cincinnatus filium censorem petulantissimum abdicauit: qui & accensoribus notatus aduolscos & sabinos confugit: Qui duce Clodio graccho bellum aduersum romanos gerebāt: & . Q. minutium consulem inalgido monte obsidebant. Quintius dictator dictus ad quem missi legati nudum eū arantem trans tyberim offenderunt qui insignibus sumptis cōsulem obsidione liberauit. Quare a Minutio & eius exercitu corona aurea obsidionali donatus est. Ducem eorum indeditionem accepit: & intriumphali die āte currum egit. Sexto decimo die dictaturā quam acceperat deposuit, & ad agriculturam reuersus: iterum post uiginti annos dictator dictus Spurium meliū regnū affectantem a Seruilio hala magistro equitū occidi iussit. Domum eius solo æquauit. Vnde locus ille æquimelium dictus.

DE. MENIO. AGRIPPA. ROMANE. PACIS. INSIGNI. ARBITRO XVII

m NIVS. Agrippa cognomento la natus dux electus aduersum sabinos de iis triumphauit: & cum populus a patribus secessisset quod tributum & milittiam toleraret: nec reuocari posset: Agrippa apud eum, olim inquit humani artus cum uentrem ociosum cerneret: ab eo discordarunt: & suum illi ministerium negauerunt. Cum eo pacto & ipsi deficerent: intellexerunt uentrem acceptos cibos per omnia membra differere: & cum eo ingratiam redierunt. Sic senatus & populus quasi unum corpus discordia pereunt: concordia ualent. hac fabula populus repressus est Creauit tamen tribunos plebis qui libertatē suam aduersum supbiā nobilitatis defenderēt Menius autē tanta paupertate decessit: ut eū populus collectis quadrātibus sepeliret. locum sepulcro senatus publice daret.

DE. CNEO. MARTIO. CORIOLANO.

g NEVS. Martius captis coriolis urbe uolscorū Coriolanus dictus: ob egregia militiæ facinora a Postumio optionem munerum accipiens equum tantum & hospitem sumpsit, uirtutis & pietatis

exemplum. Hic consul graui annona addu ctum e sicilia frumentum magno pretio dādum populo curauit: ut hac iniuria plebs a gros, nō seditiones coleret. Ergo atribuno plebis Decio, die dicta: aduolscos concessit: eosq; duce. T. tatio aduersus romanos concitauit & ad quartum ab urbe lapidem castra posuit, Cumque nullis ciuium legationibus flecteretur: a Vetruria matre & Volumnia uxore matronarum numero comitata motus, omisso bello ut proditor occisus est. Ibi templum fortunae muliebri constitutum est.

DE. LICINIO. STOLONE. PRIMO. EX PLEBE.

XVIIII

f ABIVS ambustus ex duabus filiis alteram Licinio stoloni alteram Aulo Sulpitio patritio cōiugē dedit. Quarū plebeia cum sororem salutaret: cuius uir. tr. militū cōsulari potestate erat: fasces litorios foribus appositos īdecēter expauit. a sorore irrisa marito questa: qui adiuuāte socero ut primū tribunatū plebis aggressus est, legem tulit: ut alter consul ex plebe

crearetur. Lex resistente appio claudio ta-
men lata. Et primus Licinius stolo consul
factus. Idem legē sciuit necui plebeio plus
centum iugera habere liceret. Et ipse cum
agri iugera quīquaginta & centū haberet al
tera emancipati filii nomine possideret ī iu
diciū uocatus: & primus omnium sua lege
punitus est.

DE. VIRGINIO. CENTVRIONE. FILIE. OCCISORE.

p OPVLVS. Romanus cum sedi-
tiosos magistratus ferre non posset:
decem uiros legibus scribendis creauit: qui
eas ex libris solonis translatas duodecim ta
bulis exposuerunt. Sed cum pacto domina
tionis magistratum sibi prorogarent: unus
ex ipsis appius claudius Virginiam Virgi
nii centurionis filiam ī algido militantis ad
amauit: quam cum corrumpere nō posset:
clientem subornauit: qui eam in seruitium
deposceret: facile uicturus cum ipse esset
accusator & iudex. Pater re cognita cū ipso
iudicii die superuenisset: & filiā iā addictā
uideret: ultimo eius eloquio īpetrato cū eā

insecretum adduxisset / occidit : & corpus eius humero gerens ad exercitum profugit & milites ad uindicandum facinus accendit : qui creatis decem tribunis auentinum occuparunt. Decem uiros abdicare se magistratu preceperunt : eosque omnes aut morte aut exilio punierunt. Appius claudius incarcere necatus est.

DE. ESCVLAPIO. ROMAM. AD VECTO.

r OMANI ob pestilentiã respõso monente ad Esculapium epidauro accersendum decem legatos principe. Q. Volumnio miserunt. Qui cum coueni ssent & simulacrum ingens mirarentur : anguis e sedibus eius elapsus uenerabilis : non horribilis per mediam urbem cum admiratione omnium ad nauem romanorum perrexit : & se in Volumnii tabernaculo conspirauit. Legati deum uehẽtes antium puecti sunt : ubi per mollitiam maris anguis proximum esculapii phanun petiit : & post paucos dies ad nauim rediit. & cum aduerso tyberi sub ueheretur : in proximam iusulam desiliuit : Vbi templum ei constitutum : & pestilẽtia mira celeritate sedata est.

XXI

XXII

DE. FVRIO. CAMILLO. VRBIS. ROME. LIBERATORE.

c VRIVS. Camillus cum phaliscos obsideret ac ludi litterarũ magister, principum filios adeum adduxisset: uinctũ cum eisdem pueris in urbem redigendum eum & uerberandum tradidit. Statim pha lisci se ei ob tantam iustitiam dediderunt. Vehios hyeme obsidione domuit: deque iis triumphauit. Postmodum est crimini datum quod albis equi triumphasset: & prę dã inique diuisisset die dicta ab apuleio Sa turnino tr. pl. damnatus ardeam concessit Mox cum Senones relictis obsterilitatem agris suis clusium italiae oppidum obside renr: missi sunt Romam tres legati qui gal los moneret ut ab oppugnatione desisterẽt Ex iis unus contra ius gentium processit. & ducem Senonum interfecit. Quo com moti galli, petitis indeditiõem legatisnec impetratis romam petierunt: & exercitum ro. apud haliam fluuium occiderunt die. XVI. calẽdarũ augusti: qui dies inter ne pha

ſtos relatus hallienſis dictus. Victores galli urbem intrauerũt. Vbi nobiliſſimos ſenum incurulibus & honorum inſignibus primo ut deos uenerati: deinde ut homineſ deſpicati interfecere. Reliqua iuuentus cũ Manlio incapitolium fugit: ubi obſeſſa Camilli uirtute liberata eſt. Qui abſens dictator dictuſ collectis reliquiiſ gallos improuiſos internitione occidit. Populum. ro. migrare uebios uolentem retinuit. Sic & oppidum ciuibus & ciues oppido reddidit.

DE. MANLIO. CAPITOLINO. XXIIII

m ANLIVS ob defenſum capitoliũ capitolinus dictus ſexdecim ãnorũ uolũtarium militem ſe obtulit. Triginta ſeptem militaribus donis a ſuiſ ducibuſ ornatuſ: uigiti treſ cicatriceſ incorpore habuit. Capta urbe auctor in capitolium fugiendi fuit. Quadam nocte clangore anſeriſ excitatuſ galloſ aſcendenteſ deiecit. Patronuſ a ciuibuſ appellatuſ & farre donatuſ eſt. Domũ etiã ĩ capitolio publice accepit. Qua ſupbia elatus cũ a ſenatu ſũpſiſſe gallicoſ theſauros argueret & addictoſ

propria pecunia liberaret, regni affectati su spectus in carcerem coniectus, populi con sensu liberatus est. Rursus cũ in eadem cul pa & grauius pseueraret reus factus, & ob cõspectũ capitolii ãpliatus alio deinde loco dãnatus & de saxo tarpeio præcipitatus est. Domus diruta bona publicata. Gentilitas eius Manlii cognomine iurauit: nequis po stea capitolinus uocaretur :+

XXIIII

DE. CORNELIO. COSSO.

f IDENATES. fidei romanę hostes ut sine spe ueniæ fortius dimicarẽt: legatos ad se missos ĩterfecerunt. Ad quos Q. cincinnatus dictator missus magistrũ equitum habuit Cornelium cossum: qui Lær tem Tolumniũ ducem sua manu interfecit De eo spolia opima ioui pheretrio secundus ab Romulo consecrauit :+

XXV

DE. PVBLIO. DECIO. PATRE.

h IC. BELLO. sannitico sub Valerio coruino & Cornelio cosso cõsulibus tribunus militum exercitu in angustiis gau ri montis insidiis hostiũ clauso accepto qđ

postulauerat præsidio in superiorem locum euasit hostes terruit. Ipse intempesta nocte per medias custodias somno oppressas eua sit. Ob hoc ab exercitu ciuica corona de qu ercu quæ dabatur ei qui ciues i bello seruas set: obsidionali scilicet aurea quae dabatur ei qui obsidione ciues liberasset: donatus est. Consul bello latino collega manlio tor quato positis apud ueserim fluuium castris cum utriq; consuli somnio obuenisset eos uictores futuros: quorum dux inprælio ce cidisset: cum collato cum collega somnio cōuenisset: ut cuius cornu i acie laboraret: is diis se manibus uoueret: iclinante sua pa rte: secum hostes perualerium pontificē diis manibus deuouit. Impetu in hostes fa cto uictoriam suis reliquit.

DE. PVBLIO. DECIO. FILIO. XXVI

P VBLIVS. Decius Decii filius pri mo consul de samnitibus triumphau it. Spolia de iis cereri consecrauit. Iterum & tert o consul multa domi militięque ge ssit. Q uarto consulatu cū Fabio maximo: cū galli: sannites. umbri. tusci contra roma nos cōspirassent ibi exercitu i aciem ducto:

& cornu inclinante exemplum patris imitatus aduocato. M. Liuio pontifice hastæ insistens & solemnia uerba respondens se & hostes diis manibus deuouit. Impetu in hostes facto uictoriam suis reliquit. Corpus acollega laudatum magnifice sepultum est :

XXVII

DE. TITO. MANLIO. TORQVATO.

t ITVS. Manlius torquatus ob ingenii & linguæ tarditatem apatrerus relegatus : cũ audisset ei diem dictam a Pomponio tr. pl. noctu urbem petiit. Secretum colloquium a tribuno impetrauit : & gladio stricto dimittere accusationem terrore multo cõpulit. Sulpicio dictatore tribunus militum gallum prouocatorem occidit. Torquem ei detractum ceruici suæ indidit. Cõsul bello latino filium suum quod cõtra imperium pugnasset securi percussit. Latinos apud Veserim fluuium decii collegæ deuotione superauit. Cõsulatum recusauit : quod diceret neque se populi uitia neque illum se ueritatem suam posse sufferre :

XXVIII

DE . MARCO . VALERIO . CORVINO .

r ELIQVIAS . senonum Camillus persequebatur aduersum in gentem gallū prouocatorem solus ualerius . tr . pl . omnibus territis processit . Coruus ab ortu solis galeę eius insedit : & inter pugnandū ora oculos que galli uerberauit . hoste deuicto Valerius coruinus dictus . hic cū ingens multitudo ære alieno oppressa capuam occupare tētasset : & ducem sibi quintum necessitate cōpulsa fecisset / sublato ære alieno se ditionem compressit : .

XXIX

DE . PONTIO . THELESINO .

c AIVS . Veturius & Spurius postumius consules bellū aduersum sannites gerēs apōtio thelesino duce hostiū insidias seducti . Nā ille simulatos transfugas misit q romanis dicerēt luceriā apud lamā a sānitibus obsideri : quo duo itinera ducebant . aliud lōgius & tutius : aliud breuius et periculosius . festinantibus itaque cū insidias statuisset : qui locus furcule caudine uocabatur . Pōtius accitū patrē rogaū herēniū quid fieri placeret : ille ait aut oēs occidēdos ut uires

frangerentur: aut omnes dimittendos ut beneficio obligarentur. Vtroque improbato consllio omnes subiugum misit. ex foedere: quod a romanis improbatum est postumius sannitibus deditus: nec receptus est.

DE. LVCIO. PAPIRIO .CVRSORE.

l VCIVS. Papirius uelocitate cursor cum consulem se aduersis ominibus aduersus samnitas ꝓgressum esse sensisset: ad auspicia repetenda romam regressus edixit fabio rutilio quem exercitu pręponebat ne manum cum hoste consereret. Sed ille oportunitate ductus pugnauit. Reuersus eũ securi ferire uoluit: ille in urbem confugit. nec supplicem tribuni tuebantur. Deinde pater lachrimis: populus precibus ueniam impetrarunt. Papirius de samnitibus triumphauit. Item preneste cum pretorem grauissime in crepuisset expedi inquit littor secures: & cum eum metu mortis attonitum uidisset: incommodam ambulantibus radicam excidi iussit:.

DE . QVINTO . FABIO . RVTILIANO . XXXI

q VINTVS . Fabius rutilianus: primus ex ea familia ob uirtutem maximus magister equitum a papirio securi pene percussus primum de apulis & nuicerinis . Iterum de sannitibus . tertio de gallis umbris marsis atq; tuscis triumphauit . Censor libertinos tribu amouit . Iterum censor fieri noluit: dicens nō esse ex usu rei . p . eosdē cēsores sepius fieri . hic primus īstituit uti . equites . ro . idibus quintilibus abede honoris equis insidentes incapitolium transirent Mortuo huic tantū æris populi ubertate cō gestum ut inde filius uiscerationem & epulas publice daret: .

DE . MARCO . CVRIO . DENTATO . XXXII

m ARCVS . curius dentatus primo de sannitibus triūphauit: quos usq; ad mare superum per pacauit . Regressus in concione ait tantum agri capi ut solitudo futura fuerit nisi tantum agri cepissem . Iterum de sabinis triumphauit . Tertio de lucanis ouans urbem introiuit Pyrrhum epyrotarum italia expulit . Qua-

terna agri uigera uiritim populo diuisit : Sibi deinde totidem constituit : dicens neminem esse debere cui non tantum sufficeret. Legatis sannitum aurum offerentibus cum ipse in foco rapa torreret : malo inquit hæc insictilibus meis esse : & aurum habentibus imperare. Cum interuersę pecuniæ argueretur cadum ligneum quo uti ad sacrificia consueuerat in medium protulit : iurauitq; se nil amplius depreda hostili in domum suam conuertisse. Aquam inde annienem manibus hostium i urbem iduxit. Tribunus plebis patres auctores fieri coeget comitiis quibus plebei magistratus creabantur. ob hæc merita domus ei apud tipharã & agri uigera quinquaginta publice data

DE. APPIO. CLAVDIO. CECO.

a PPIVS. claudius cecus incensura libertinos quoque in senatum legit. epulandi decantandi que ius tibicinibus im puplico ademit. Due familie ad herculem sacra sunt destinatę. s. poritiorum & pinariorum. Poritios herculis sacerdotes precio corrupit ut sacra herculana seruos

publicos edocerent. unde cecatus. Gens potitiorum funditus periit. Ne consulatus cũ plebeis comunicaret accerrime restitit: ne fabius solus adbellũ mitteretur cõtradixit. Sabinos Sannitas etruscos bello domuit. Viã usque ad brundusiũ strauit unde uia appia. aquã aniene in urbẽ iduxit. Censurã solus oĩum quinqueñio obtinuit. cũ de pace pyrrhi ageretur & gratia potentum plegatũ cineam precio quereretur senex & cecus lectica i senatum latus turpissimas cõditiones magnifica oratione discussit:.

DE. PIRRHO. REGE. EPIROTARVM. XXXIIII

p IRRHVS rex. epirotarũ materno genere ab a chille paterno: abhercule oriũdus cũ imperiũ orbis agitans romanos potentes uideret apollinem de bello consuluit. Ille ãbigue respondit. Ai ote eacida romanos uincere posse: hoc dicto inuolunta tẽ tracto auxilio tarentinis bellũ romanis ĩtulit. Leuinũ cõsulem apud heracleã elephãtorũ nouitate turbaũ. Cũq; romanos aduersis uulneribus occisos uideret: ego ĩ qt talibus militibus breui orbem terrarũ subigere pouitssem. amicis gratulantibus quid mihi

cum tali uictoria inquit ubi exercitus robur amittam? ad uigesimum ab urbe lapidem ca stra posuit: captiuos fabricio gratis reddi dit. Viso leuini exercitu eãdem sibi ait ad uersum romanos quam herculi aduersum ydram fuisse fortunam. A curio & Fabricio superatus tarentum refugit: in siciliam Tra iecit: Mox in italiam locros regressus pecu niam proserpinę auehere temptauit. Sed ea naufragio elata est. Tum in greciam regres sus dum argos oppugnaret ictu tegulę pro stratus. Corpus ad antigonum regem mace doniæ relatum magnifice sepultum:.

XXXV

DE. VOLSINIS.

u OLSINI, ethruriæ nobile opidum luxuria pene perierunt. Nam cum te mere seruos manumitterent dum in curiam legerent consensu seruorum oppressi cum multa indigna paterentur clam romę auxili ũ petierunt. Missusq; decius libertinos om nes aut incarcere necauit aut dominis inser uitutem restituit.:

XXXVI

DE. APPIO. CLAVDIO. AVDACE

a PPIVS Claudius uictis uolsinen sibus cognomēto audax frater ceci fuit. Consul ad mamertinos liberandos missus quorum arcem carthaginenses & hiero rex siracusanus obsidebant. Primo ad explorandos hostes fretum piscatoria naue traiecit: & cum duce carthaginēsium egit ut presidium arce deduceret: regiū regressus quinque remem hostium copiis pedestribus cepit falangem in siciliam traduxit. carthaginenses messana expulit. Hieronem prelio apud syracusas in deditionem accepit: qui eo periculo territus romanorū amicitiam petiit: eisque postea fidelissimus fuit.

DE. CNEO. DVILLO. ET HIMILCONE. POENORVM. DVCE. XXXVII

c NEVS duillus primo punico bello dux contra carthaginēses missus cum uideret eos mari posse: classem magis ualidā quā decorā fabrefecit: et manus ferreas cū irrisu hostiū primus instituit. Qui inter pugnādū hostiū naues apprehēdit: qui cti & capti sunt. Himilco dux classis cartha

ginenſium fugit. a ſenatu quęſiuit quid faciundum cenſerent : omnibus ut pugnaret acclamantibus. Feci inquit & uictus ſum. ſic pęnam crucis effugit. Nam apud pęnos dux male re geſta puniebatur. Duillio conceſſum eſt, ut pręlucente funali & pręcinēte tibicine a cęna publice rediret.

XXXVIII

DE ATILIO. CALATINO.

a TILVS Calatinuſ dux aduerſuſ carthaginenſes miſſus maximis & munitiſſimiſ ciuitatibuſ ętna drepano lilibeo hoſtilia preſidia deiecit. Panormum cepit: totamque ſiciliam peruagatus paucíſ nauibuſ magnam hoſtium claſſem duce hamilcare ſuperauit. Sed cum ad cecinnam hoſtibus obſeſſam feſtinaret a poenis in anguſtiis clauſus eſt. Vbi tribunus militum calfurnius flama, acceptis trecētis ĩ ſuperiorem locum euaſit. Conſulem liberauit. ipſe cū trecentis pugnans recidit & poſtea ab attilio ſemianimis inuentus & ſanatus magno poſtea terrori hoſtibus fuit Atilius glorioſe triumphauit..

XXXVIIII

DEMARCO. ATILIO. REGVLO.

m ARCVS. atilius regulus consul fusis salentinis triũphauit: Primus que romanorum ducum in africã m classe traiecit. quassatas de amilcare naues longas tres & sexaginta accepit. Opida ducenta & hominum ducenta milia cepit absente eo coniugi eius & liberis ob paupertatem sumptus publice dati. Mox arte Xantippi Lacedemonii mercennarii militis captus incarcerem missus legatus de permutãdis captiuis romam missus: dato iure iurãdo ut si nõ impetrasset ita demum rediret: insenatu conditionem dissuasit. reiectis a se coniuge & liberis carthaginem regressus: ubi inarcam ligneã coniectus clauis introrsum adactis uigiliis ac dolore punitus est

DE. QVINTO. LVCTACIO. XL CATVLO.

q VINTVS luctacius catulus primo punico bello trecentis nauibus aduersum poenos profectus: sexcentas eorum naues commeatibus, & aliis oneribus impeditas duce himilcone apud egates insulas inter siciliam & africam depressit: finemq; bello imposuit. Pacem petentibus

hac conditione concessit. Sicilia & sardinia & coeteris insulis intra italiam affricã que decederent hispania citra hiberum abstinerent.

XLI

DE. HANNIBALE. CARTHAGINENSI: DVCE.

h ANNIBAL. Amilcaris filius. xii annos natus a patre aris admotus odium ĩ romanos perenne iurauit. Exinde socius & miles in castrs patri fuit. Mortuo eo causam belli quęrens saguntũ romanis foederatum intra sex menses euertit Tum alpibus patefactis in italiã traiecit. P. scipionem apud ticinium: sempronium longum apud trebiam: flaminium apud transimenum: paulum & Varronem, apud Cannas superauit. Cumque urbem capere posset in campaniã diuertit: cuius delitiis elanguit. Et cum ad tertium ab urbe lapidem castra posuisset tẽpestatibus repulsus, primũ a fabio maximo frustratus: deinde a Valerio flacco repulsus: a Gracco & Marcello fugatus in affricã reuocatus a Scipione superatus ad antiochũ regẽ syrię cõcessit: eumq; hostẽ

romanis fecit. quo uicto adprusiam bithini ae regem concessit. Vnde romam legatio ne repetitus: hausto quod subanuli gemma habebat, ueneno absumptus ē positus apud libissam inarcha lapidea: inqua hodie quo que inscriptum est. hannibal hic situs est.

DE. QVINTO. FABIO. MAXIMO. XLII

q VINTVS. Fabius maximus cunc tator ut uerucosus a ueruca inlabris: ita ouicula a clementia morum. Consul de liguribus triumphauit. Hannibalem mora fregit. Minucium magistrum equitum imperio æquari sibi passus est & nihilominus periclitāti subuenit: hanibalem inagro falerno inclusit, Manlium statilium transfugere ad hostes uolentem equo & armis donatis retinuit, & lucano cuidam fortissimo ob amorem mulieris infrequenti, eandem emptam dono dedit. Tarentum ab hostibus recepit. herculis signum inde translatum incapitolio dedicauit. De redemptione captiuorum cum hostibus pepigit. quod pactum cum a senatu improbaretur, fundū suum ducentis millibus uendidit: & fidei satisfecit.

XLIII

DE. PVBLIO. SCIPIONE NASICA

p VBLIVS scipio nasica A senatu uir optimus iudicatus matrem deum hospitio recepit. Aduersum auspicia cum consulem se a gracco nominatum comperisset: magistratu se abdicauit. Censor statuas quas sibi quisque per ambitionem in foro ponebat: sustulit. Consul delminum urbē dalmatarum expugnauit: imperatoris nomen a militibus: & a senatu triumphum recusauit. Eloquentia primus, Iuris scientia consultissimus. ingenio sapientissimus fuit. Vnde uulgo corculus dictus.:

m ARCVS. marcellus Viridomarū gallorum duce singulari praelio fudit: spolia locorum angustia adiutus uindicauit. Syracusas p tres ānos expuganuit: & cum per calumniam triumphus ei a senatu negaretur, de sua sentētia triumphauit. Quinquies consul insidiis hannibalis deceptus & magnifice sepultus. Ossa romam rēissa, a praedonibus intercepta perierunt.

XLIIII

DE. LIVIA. CLAVDIA. VIRGINE VESTALI.

h ANNIBALE. italiam deuastante ex responso librorum sibyllinorum mater deum e pessinunte accersita cum ad uersum tiberim ueheretur, repente inalto stetit. & cum moueri nullis uiribus posset: ex libris cognitū, castissime demum femi nas manū moueri posse. Tū Claudia uirgo uestalis falso icesti suspecta deā orauit: ut si pudicā sciret, sequeretur. Et zona iposi ta nauē mouit. Simulacrum matris deum adduxit. Templū ędificauit nasica qui uir optimus iudicabatur.

XLV

DE. MARCO. POR TIO. CATONE.

m ARCVS Portius cato genere tu sculanus a Valerio flacco romam solicitatus tribunus militum ī sicilia: quę stor sub scipione fortissimus. Pretor iu stissimus fuit. Inpretura sardiniam subegit Vbi abennio grecis litteris institutus. Con sul celtiberos domuit. Et ne rebellare pos sent litteras ad ciuitates singulas misit: ut muros diruerent. cum unaquaeque sibi im perari putaret fecerut. Syriaco bello tri bunus militum sub marco atilio glabrione occupatis thermophilarum iugis

ſubſidium hoſtium depulit. Cenſor. L. fla
minium conſularem ſenatu mouit quod il
le ĩgallia ad cuiuſdam ſcorti ſpectaculum
uectum quendam e carcere in cõuiuio iugu
lari iuſſiſſet. Baſilicam ſuo nomine primus
fecit. Matronis ornamenta erepta oppia le
ge repetentibus reſtitit: accuſator aſſiduus
malorum. Galbam octogenarius accuſauit
Ipſe quadragies quater accuſatus glorioſe
abſolutus. Carthaginem delendam cenſuit
poſt octoginta annos filium genuit. Imago
huius funeris gratia produci ſolet.

XLVI

DE CLAVDIO. NERONE. ET HAS DRVBALE. FRATRE. HANIBA LIS.

h ASDRVBAL frater hanibalis ĩ
gentibus copiis initaliam traiecit.
Actũq; erat de romano imperio ſi ſe ſe han
nibali iũgere potuiſſet. Sed claudius nero
qui in apulia cum hannibale caſtra coniunxe
rat relicta incaſtriſ parte cum delectiſ ad ha
ſdrubalem properauit, & ſe liuio collegae
apud ſenam opidum & methaurum flumen
coniunxit. Amboque haſdrubalem uice
runt. Nero regreſſus pari celeritate quia

uenerat caput hasdrubalis ante uallum han nibalis proiecit. Quo ille uiso uinci se fortuna carthaginis confessus. ob haec liuius triumphans: nero ouans urbem introierunt:

DE. PVBLIO. CORNELIO. SCIPIONE. AFFRICA XLVII

p VBLIVS scipio ex uirtutibus nominatus affricanus iouis filius creditus. Nam antequam conciperetur serpens inlecto matris eius apparuit. Et ipsi paruulo draco circunfusus nihil nocuit. In capitolium intempesta nocte euntem numquam canes latrauerunt. Nec hic quicquam prius coepit q̃ in cella iouis diutissime sedisset quasi diuinam mentẽ accepisset. Decẽ & octo annorũ patri apud ticinũ singulari uirtute seruauit Clade cãnẽsi nobilissimos iuuenes italiã deserere cupientes sua auctoritate cõpescuit. Reliqas icolumes p media hostiũ castra canusiũ pduxit. Viginti quattuor annorũ prętor in hispaniã missus, carthaginẽ qua die uenit: coepit. Virginem pulcerrimam ad cuius aspectum concurrebatur ad se uetuit adduci: patrique eius sponsor astitit. Ha-

ſdrubalem Magonem q̄ fratres hannibaliſ hiſpania expulit. Amicitiam cum Syphace maurorum rege coniunxit. Maſiniſſam in ſocietatem recepit. Victor domum regreſſus conſul ante annos factuſ concedente collega in africam claſſe traiecit. Haſdrubalis & ſyphacis caſtra una nocte perrupit. Reuocatum ex italia hanibalem ſuperauit. Victis carthaginenſibus leges impoſuit. Bello antiochi legatus fratri fuit. Captum filium gratis recepit. A petilio atteio. tr. pl. Repetundarum accuſatus, librũ rationum in conſpectu populi ſcidit. Hac die inquit carthaginem uici quaſi bonum factum in capitolium eamus: & diis ſupplicemus. Inde in uoluntarium exilium conceſſit: ubi reliquam egit ætatem. Morienſ ab uxore petiit ne corpus ſuum romam referretur:.

XLVIII

DE. LIVIO. SALINATORE.

l IVIVS. Salinator primo conſul de illiryis triumphauit. Deinde ex inuidia peculatus reus ab omnibus tribubus, excepta metia condemnatus. Iterum cum claudio nerone inimico ſuo conſul: ne reſ

De liuio salinatore

Liuius salinator primo consul de illiryis triumphauit
deinde ex inuidia peculatus reus ab omnibus
tribubus excepta metia condemnatus. iterum cu

pu. discordia male administraretur amicit am cum eo iunxit. & de hasdrubale triũpha uit. Censor cum eodem collega omnes tri bus excepta metia ærarias fecit. Stipendio priuauit eo crimine, quod aut prius se in iu iuste condemnassent: aut postea tantos ho nores non recte tribuissent.:

XLVIIII

DE. Q VNTO. FLAMINIO.

q VINTVS flaminius. Q. flamini qui apud trasimenum periit filius cõ sul macedoniam sortitus ducibus caropæ principis pastoribus prouinciam ĩgressus re gem philippum prẹlio fudit: castris exuit. Filium eius demetrium obsidem accepit. quem pecunia multatum in regnum restitu it. A Nabide quoque lacedemonio filium obsidem accepit. Ludos iunoni famię p. prę onem pronuntiauit. Legatus etiam ad prusi am, ut hannibalem repeteret missus:.

L.

DE. Q VINTO. FVLVIO. NOBLI IORE.

q VINTVS fuluius nobilior consul etholos oretanosq; superauit. Vn de ouans urbem introiit. conateos qui bello

macedonico interfuerant post adantiochum defecerant prelíis frequentibus uictos & in ambrachiam opidum coactos i deditionem accepit, tamen signis tabulis que pictis spo liauit. de quibus triumphauit. Quam uic toriam pse magnificam. Q. emnius ami cus eius insigni laude celebrauit:.

L 1

DE. LVCIO. SCIPIONE. ASIATICO.

s CIPIO asiaticus frater africani infir mo corpore tamen i africa uirtutis no mine a fratre laudatus consul. Antiochum regem syrie legato fratre apud sipilum mõ tem cum artus hostium pluuia hebetati fuis sent uicit & regni relicti parte priuauit. hinc asiaticus dictus. Post reus pecuniæ intercep tę ne in carcerem duceretur Graccus pater tr. pl. intercessit. M. cato censor equum ei ignominię causa ademit:.

L 11

DE. ANTIOCHO. REGE. SIRIAE.

a NTIOCVS rex syriæ nimia opum fiducia bellum romanis intulit. spe cie lisimachiæ repetende quam amaioribus suis in trhacia quondã romani possidebant.

Statimq; regiam inſul aſq; eius occupauit.
Ineuboea luxuria elanguit. Aduentu acti
lii glabrionis excitus thermophilas occupa
uit. Vnde induſtria Marci catonis eiectus
in aſiam refugit. Nauali prelio cui hanibalē
prefecerat a. L. emilio ſuperatus filium ſci
pionis affricam quem inter nauigandum co
eperat patri remiſit qui ei quaſi pro reddēda
gratia ſuaſit ut amicitiam romanā peteret.
Antiochus ſpreto conſilio apud ſpilum mō
tem cum. L. ſcipione conflixit. Victus &
ultra thaurū montem relegatuſ a ſodalibuſ
quos in conuiuio temulentus pulſauerat oc
ciſuſ eſt.:

DE. CNEO. MANLIO. VVLSONE. L III

c NEVS. Manlius vulſo miſſus ador
dinandum ſcipionis aſiatici prouinci
am, cupiditate triumphi, bellum piſidis &
gallo grecis qui anthiocho affuerant intulit
His facile uictiſ inter captiuoſ uxor regiſ
oriaguntiſ centurioni cuidam in cuſtodiam
data: aquo ui ſtrupata deiniuria tacuit. Et
poſt īpetrata redēptione marito adulteriū in
terficiendum tradidit.

DE. L. EMILIO. PAVLO. MACE
DONICO:. L IIII

l VCIVS emiliuſ pauluſ filiuſ eiuis qui apud cannaſ cecidit primo cõſulatu: quem poſt treſ repulſas adeptuſ erat de liguribuſ triumphauit. Rerum geſtarum ordinem ĩtabula pictum publice poſuit. Iterum conſul perſem philippi filium regem macedonum apud Samothracam cepit: quem uictum fleuit: & aſſidere ſibi iuſſit tamen in triumphum duxit. In hac lętitia duoſ filios amiſit. Et progreſſuſ ad populum gratias fortunæ egit. quod ſiquid aduerſi rei. p. imminebat ſua eiſet calamitate deciſum. ob hec omnia a populo & a ſenatu conceſſum eſt: ut ludis circenſibuſ triumphali ueſte uteretur. Ob huiuſ licentiã & paupertatem poſt mortem eius doſ uxori niſi ucnditiſ poſſeſſionibuſ non potuit exolui.:

LV

DE. TIBERIO. SEMPRONIO. GRACCO.

t IBERIVS. Sempronius graccuſ nobiliſſima familia ortuſ ſcipionem aſiaticum quanuiſ inimicum duci in carcerem non eſt paſſus. Prętor galliam domuit Conſul hiſpaniam. altero conſulatu ſardiniam: tantum ue captiuorum adduxit. ut longa uenditione reſ in prouerbium

ueniret sardi uenales. Censor libertinos: qui rusticas tribus occuparant: iquatuor urbanas diuisit. ob quod a pupulo collega eius claudius (nam ipsum auctoritas tuebatur) reus factus & cum eum due classes condemnassent Tiberius iurauit se cum illo in exilium iturum. Ita reus absolutus est. Et cum in domo tiberii duo angues e geniali thoro repsissent responso dato eum de dominis periturum: Cuius sexus āguis fuisset occisus. Amore Corneliȩ coniugis marem iussit i/terfici:.

DE. P. SCIPIONE. EMILIANO. L VI

p VBLIVS scipio ȩmilianus macedonici filius a scipione africano adopta/tus in macedonia cum patre agens uictum per sem tam pertinaciter persecutus est ut media nocte in castra redierit. Lucullo in hispania legatus apud iter caciam opidum prouocatorem singulari prȩlio uicit. Muros hostiles ciuitatis primus ascendit. Tribunus in africa sub tito manlio imperatore octo co/hortes obsidione uallatas consilio & uir/tute seruauit: a quibus corona obsidio/nali aurea donatus. cum

ędilitatem peteret consul ante annos ultro factus carthaginē intra sex menses deleuit. Numantiam in hispania correcta prius militum disciplina fame uicit. hinc Numātinus Caio lelio plurimum usus. Ad reges adeundos missus duos secū preter eum seruos duxit. Ob res gestas superbus Graccum iure occisum uideri respondit. Censor mummio collega segniore in senatu ait. Vtinam mihi collegam aut dedissetis aut non dedissetis. Suscepta agrariorum causa domi repēte exanimis inuentus ob uoluto capite elatus ne liuor inore appareret. Huius patrimonium tam exiguum fuit: ut. xxxii libras argenti, duas & semi libram auri reliquerit

LVII

DE. AVLO. HOSTILIO. MANCINO.

a VLVS hostilius mancinus pretor aduersum numantinos uetātibus auibus & nescio qua uoce reuocante profectus cum ad numantiam uenisset exercitum pōpei acceptum prius corrigere decreuit. inde solitudinem petit. eo die numantini forte solemni, nuptu filias locabant. & unā speciosam duobus conpetentibus pater puelle

conditionem tulit ut ei illa nuberet: qui hostis dexterā attulisset. Profecti iuuenes abscessum romanorū in modū fuge properantum cogno scunt & ad suos referūt. Illi statim quatuor mi libus uiginti milia romanorū ceetiderunt. Man cinus auctore. T. gracco questore in leges ho stium foedus percussit: quo p senatum impro bato mancinus numantinis deditus: nec recep tus augurio in castra ductus preturam postea consecutus est:.

DE. LVCIO. MVMIO. ACHAICO. LVIII

l VCIVS mumius deleta achaia achai cus aduersus corynthios missus uictoriā alieno labore quæsitā intercepit. Nam cum il los Metellus macedonicus apud eracleam fu disset: & duce critolao priuasset cum lictoribus & paucis equitibus in metelli castra pperauit: & corynthios apud leucopetram uicit: duce cli neo: qui domū refugit: eamq; incendit: & se in ignē precipitauit excepto ipso nemo interiit Mumius corynthū signis tabulisq; spoliauit. quibus cum totā replesset italiam indomū suā nil contulit:.

DE. Q. CECILIO. METELLO. MA CEDONICO. LIX

q VINTVS. Cecilius metellus adomi ta macedonia macedonicus pretor pseu

do philippum: qui idem andriscus dictus est uicit: Acheos bis prelio fudit triumphandosque mumio tradidit. Inuisus plebi ob nimiam seueritatem, & ideo post duas repulsas cõsul egre factus arbachos in hispania domuit. Apud cetebriam opidum cohortes loco pulsas redire & locum recipere iussit. Cum omnia proprio & subito consilio ageret amico cuidã quid acturus esset roganti tunicam ĩquit meam excinderem, si eam consilium meum scire existimarem. Hic quatuor filiorum pater supremo tempore humeris eorum ad sepulchrum latus est. Ex quibus tres consulares unum etiam triumphantem uidit.

LX

DE. Q. CECILIO. METELLO. MVMIDICO.

q VINTVS. cecilius metellus numidicus: qui de iugurta rege triũphauit censor quitum qui se tiberii gracchi filium mentiebatur incensum nõ recepit. Idem in legem apuleiam puim latam iurare noluit. Quare in exilium actus smirnae exulauit. Claudia deinde rogatione reuocatus cum ludis forte litteras ĩ theatro accepisset: nõ prius eas legere dignatus est quam spectaculum finiretur. Metellum sororis sue uirum

laudare noluit : quod is solus iudicium cõtra leges detractarat.

DE. Q VINTO. METELLO. PIO. LXI

q VINTVS metellus pius numidici filius: pius quia patrem lachrimis & precibus assidue reuocauit. Pretor bello sociali. Q. popedium marsorum ducem interfecit. Consul in hispania herculeos fratres oppressit. Sertorium hispania expulit. Adolescens in petitione preturæ: & pontificatus consularibus uiris praelatus est.

DE. TIBERIO. GRACCO. LXII

t IBERIVS graccus africani ex filia nepos. Questor mancino in hispania fedus eius flagitiosum putauit. Periculũ seditionis eloquẽtie gratia fugit. Tribunus. pl legem tulit: nequis plus. M. agri iugera hẽret. Octauio collega ĩtercedente nouo exẽplo magistratum abrogauit. Deinde tulit ut lex ea familia. quæ de attali hereditate erat: ageretur: & populo diuideretur. Deinde cum prorogare sibi potestatem uellet aduersis auspiciis in publicum processit statimq;

capitolium petiit manum adcaput referēs: quo salutem suam populo conmendabat: hoc nobilitas ita accepit quasi diadema posceretur. Segniterq; cessante mutio consule Scipio nasica sequi se iussit qui saluam rem. p. uellent Graccum in capitolium persecutus oppressit. Cuius corpus lucretii edilis manu ītiberim missum unde ille uispillo dictus. Nasica ut inuidię subtraheretur per spēm legationis inasiam ablegatus est.

LXIII

DE. CAIO. GRACCO.

c AIVS. graccus pestilentem sardiniam questor sortitus non ueniente successore sua sponte discessit. Asculane & fregellane defectionis inuidiā sustinuit. Tribunus. pl. agrarias & frumētarias leges tulit. Triū uiros agris diuidendis se & fuluium flaccum: & C. orosium cōstituit. Minucio rufo. tr. pl. legibus suis abrogante incapitolium uenit. Vbi cum antilius preco opimii consulis inturba fuisset occisus in forum descendit: & imprudens cōcionē a. tr. pl. auocauit. Quare accersitus cum in senatum nō uenisset, armata familia auentinum occupauit. Vbi ab opimio uictus dum atemplo lunę desilnit talum intorsit: & pontino amico apud portam trigeminam. p. lectorio in ponte

sublicio psequentibus resistente in locū furi
anę puenit. Ibi uel sua uel serui euferi manu
īterfectus caput a septimio attello amico gra
chi adopimiū relatū auro expēsum fertur pp
ter auaritiā infuso plumbo grauius effectum

DE. MARCO. LIVIO. DRVSO. LXIIII

m ARCVS Liuius drusus genere &
eloquentia magnus sed ambitiosus
& supbus ædilis munus magnificentissimū
dedit. & ibi remimio collegę quedam de uti
litate rei. p. suggerente. Quid tibi inquit
cum re. p. nostra? Questor inasia nullis in
signibus uti uoluit: nequid ipso esse tinsigni
us. Tribunus. pl. latinis ciuitatē: plebi agros
equitibus curiam: senatui iudicia permisit.
Niamiæ liberalitatis fuit. ipse etiam profes
sus nemini se ad largiendum preter celum &
cenum reliquisse. Ideoq; cum pecunia ege
ret multa contra dignitatē fecit. Magulsam
mauritanię pricipē ob regis simultatē pfugū
accepta pecunia bocho pdidit: quē ille eleph
āto obiecit. Ad herbalē filiū regis numida
rū obsidē domi suæ sūpsit, tedēptionē eius a
patre occulte spans Cepionē inimicū actioni
bus suis resistetē ait se de saxo tarpeio preci
pitaturū. Consul legibus agrariis resistenti

ita collum in comitio intorsit ut multus san guis effl ueret e naribus . quæ illa luxuria ex probans morti autem detur dixisse dicebat. Deinde ex gratia in inuidiã uenit. Nam ple bs acceptis agris gaudebat . Expulsi dole bãt. equites lecti letabãtur. Senatus premis sis iudiciis exultabat. Sed societatẽ cum equi tibus egre ferebat. Vnde Liuius anxius ut la tinorũ postulata differret : qui promissam ci uitatẽ flagitabant repente inpublico concidit siue morbo comitiali seu hausto caprino san guine semianimis domũ relatus. Vota ꝓ illo peritaliam publice suscepta sunt : et cum lati ni cõsulem ĩ albano interfecturi essent philip pum admonuit ut caueret. Vnde insenatu ac cusatus cum domum se reciperet inmisso in ter turbã ꝑcussore corruit. Inuidia cedis apud philippum & cepionem fuit .

LXV

DE . CAIO . MARIO . PATRE . :

C AIVS. Marius septies cõsul arpinas humili loco natus primis honoribus ꝑ ordinem functus legatus metello ĩ numi dia criminando consulatũ adeptus. Iugurthã captum ãte currum egit. In proximũ ãnum consul ultro factus cimbros ingallia apud a

quas sextias. Teutonas in italia in cāpo saui dio uicit: deq; his triūplauit. Usq; ad sextū consulatum p ordinem factus Apuleiū saturninū. tr. pl. & glauciā pretorem seditiosos ex senatus cōsulto interemit. & cum Sulpici a rogatione puinciam sillæ eriperet: armis abeo uictus minturnis in palude latuit. Inuentus & in carcerem cōiectus inmissum p cussorem gallū uultus auctoritate deterruit. Acceptaq; nauicula in africā traiecit. Ibi diu exulauit. Mox cinana dominatione reuocatus ruptis ergastulis exercitū fecit: cęsis q; inimicis iniuriā ultus septimo consulatu ut quidam ferunt uoluntaria morte decessit. :

DE. CAIO. MARIO. FILIO.

c AIUS. Marius. filius. xxv. annorū cōsulatū īuasit quē hōrem tā īmaturū mater fleuit, hic patri seuitia similis curiā armatus obsedit. Inimicos trucidauit, quorū corpora ī tiberī precipitauit. In apparatu belli. qd cōtra syllā parabat apud sacriportū uigiliis & labore defessus subdio requieuit: & absens uictus fugæ nōpugne īterfuit Preneste refugit: ubi p lucretiū affellam obsessus tēptata p cuniculū fuga cū oīa septa ītelligeret iugulādū se pōtio telesino prebuit

LXVI

LXVII DE.LVCIO.CORNELIO.CINNA

LVCIVS. Cornelius cinna flagitiosissimus rem.p. summa crudelitate, uastauit. Primo consulatu legem de exulibus reuocandis ferens ab octauio collega prohibitus & honore priuatus urbe profugit. Vocatisque ad pileũ seruis, aduersarios uicit, Octauium interfecit. Ianiculum occupauit. Iterum & tertio consulem se ipse fecit. Quarto consulatu cum bellum cõtra Syllam pararet anconæ ob nimiam crudelitatem ab exercitu lapidibus occisus est.

LXVIII DE.FLAVIO.FIMBRIA

FLAVIVS. Fimbria seuissimus cinnę satelles Valerio flacco consuli legatus asiam profectus per simultatem corrupto exercitu ducem interficiendum curauit. Ipse correptis ĩperii insignibus prouinciã ingressus mithridatem pergamo expulit. Ilium ub tardius porte patuerunt incendi iussit. Vbi mineruae uętemplum inuiolatũ stetit: quod diuina maiestate seruatum nemo dubitauit. Ibidem fimbria militiae pricipes securi percussit. Mox a Sylla pergami oppressus corrupto exercitu desertus semet occidit.

LXIX DE.VIRIATO.LVSITANO.

u IRIATVS genere lusitanus ob pa
upertatem primo mercenarius. Dein
de alacritate uector. Audacia latro. ad postre
mū dux bellū aduersū romanos sumpsit: eo
rumq; iperatorum claudium mumanum.
Deinde. G. nigidium oppressit. pacem a po
pulo maluit integer petere q̄ uictus. & cum
alia dedisset, & arma retinerentur bellum
renouauit. Cepio cum uincere aliter non pos
set duos satellites pecunia corrupit: qui uiri
atum uino depositum perimerent. Quæ ui
ctoria quia empta erat a senatu non probata

DE. MARCO. EMILIO. SCAVRO.

LXX

m ARCVS. Emilius scaurus nobilis
paup. Nam pater eiusquis patritius
ob pauptatem carbonum negociū exercuit.
Item primo dubitauit honores petere: an ar
gentariam facere: sed eloquentie consultus
ex ea gloriam peperit. Primo inhispania cor
niculum meruit. sub honeste in sardinia sti
pendia fecit. Edilis iuri reddendo magis q̄
muneri edendo studuit. Pretor aduersus iu
gurtam: tamen eius pecunia uictus. Consul
legem de sumptibus: & libertinorū suffragi
is tulit. P. deciū pretorem transeunte ipso

ſedentem iuſſit aſſurgere eiq; ueſtem ſcidit ſellam concidit. Nequis adeũ in ius iret edixit. Conſul ligures & gantiſcos domuit: atque de his triumphauit. Cenſor emiliam ſtrauit. Pontem miluium fecit. Tantumq; auctoritate potuit ut opimium contra gracchum. Varium contra glauciam. Et ſaturninum priuato conſilio armaret. idem filium ſuum: quia preſidiũ deſeruerat in conſpectũ ſuum uetauit accedere. Ille ob hoc dedecus mortem ſibi conſciuit. Scaurus ſenex cum a Vario. tr. pl. argueretur quaſi ſocios & latium ad arma coegiſſet apud populum ait. Varius ueronenſis emilium ſcaurum ait ſocios ad arma coegiſſe. Scaurus negat: Vtri potius credendum putatis:

DE. LVCIO. APVLEIO. SATVRNINO.

l VCIVS. Apuleius ſaturninus. tr. pl. ſeditioſus ut gratiam marianorũ militum pararet legem tulit ut ueteranis agri iugera ĩ africa diuiderentur. Intercedentem bebium collegam facta p populũ lapidatione. ſubmouit. Glaucie pretori: quod is eo die quo is concionem habebat ius dicendo partem populi aduocaſſet ſellam cõcidit ut magis popularis uideretur.

lxxi

Quendam libertini ordinis sub ornauit: q se gracchi filium fingeret. Ad hoc testimonium sempronia ducta nec precibus nec minis adduci potuit, ut dedecus familię agnosceret. Saturninus aulo mumio competitore interfecto. tr. pl. refectus siciliam achaiā macedoniam nouis coloniis destinauit: & aurū dolo aut scelere cepionis partum ademptionem agrorū conuertit. Aqua & igni interdixit ei: qui in leges suas non iurasset. Huic legi multi nobiles ab rogantes: cum tonuisset. Iam inquit nisi quiescitis grandinabit. Metellus numidicus exulare quā iurare maluit. Saturninus tertio. tr. pl. refectus ut satellitem suum glauciam pretorem faceret. Mumium competitorem eius in campo martio necādum curauit. Marius .S.C. armatus quo ceserentur darent opam consules ne res. p. quid detrimenti caperet saturninū & glauciam ī capitolium persecutus obsedit maximoq; questu incisis fistulis in deditionem accepit. nec deditis fides seruata est. Glaucie fracta ceruix. Apuleius cum incuriam fugisset lapidibus & tegulis desuper interfectus. Caput eius Rauirius quidam senator per conuiuia in ludibrium circum tulit:.

DE. LVCIO. LICINIO. LVCVLLO. LXXII

l VCIVS. Licinius lucullus nobilis diſertus & diues munus queſtorum amplissimum dedit Mox ꝑ murenā in aſia claſſem mithridatis & ptolemeū regē alexādrię conſuli Syllę cōciliauit. pretor africam iuſtiſſime rexit. Aduerſus mithridatē miſſus collegam ſuū coctam calcedoniæ obſeſſum liberauit. Cizicon obſidione ſoluit. Mitridatis copias ferro & fame afflixit: eūq; regno ſuo ideſt pontho expulit. Quem rurſum cū tygrane rege armeniae ſubueniēte, magna fęlicitate ſuperauit. nimius in habitu. Maxime ſignorum & tabularū amore flagrauit. Poſt cum alienata mente deſipere coepit tutela eius. M. Lucullo fratri permiſſa eſt.:

LXXIIII

DE. LVCIO. CORNELIO. SILLA.

c ORNELIVS. Sylla īfortuna fęlix dictus cum paruulus a nutrice ferretē mulier obuia ſalue inquit puer tibi: & rei. p. tue felix. Et ſtatim queſita que hoc dixiſſet non potuit inueniri. Hic queſtor marii iugurtam a bocho in deditionem accepit. Bello cībrico & theutonico legatus bonā operā nauauit. Pretor īter ciueſ ius dixit. Pretor ciliciā ꝓuīciā habuit. Bello ſociali ſānitas hirpinoſq; ſuꝑauit. Ne monumēta bochi tollerētē

mario restitit. Consul asiam sortitus mitridatē apud orcomenam & cheroniam prelio fudit. Archelaum prelio prefectum eius athenis uicit portum pireum recepit. Medos dardanos initinere superauit. Mox cum rogatione sulpicia imperium eius transferretur ad marium regressus corruptis aduersariorum exercitibus carbonem italia expulit. Marium apud sacri portum Tellesinum apud portam collinam uicit. Mario filio preneste interfecto fęlicem se edicto appellauit. Proscriptionis tabulas primus posuit. Nouem milia deditorum in uilla publica cecidit. Numerum sacerdotum auxit. Tribunitiam potestatem minuit. Re. p. ordinata dictaturam deposuit. Vnde spe deceptus puteolos concessit: & morbo, quibpthriasis uocatur periit.

LXXIIII

DE. MITHRIDATE. REGE. PONTI.

m ITHRIDATES Rex ponti oriūdus a septem persis magna ui animi & corporis ut sex iuges equos regeret quinquaginta gentium ore loqueret̄ bello sociali dissidentibus romanis: Nicomedem bithinia

ariobarzanem capadocia expulit. litteras per totam asiam misit ut quicunque romanus esset certa die interficeretur & factum est. Greciam insulas que omnes excepta rhodo occupauit. Sylla eum prelio uicit. Classem eius proditione archelai inter cepit. Ipsum apud cardamum opidum fudit & oppressit & potuit capere nisi aduersum marium festinans qualemcumque pacem componere maluisset. Deinde eum argis resistentē Lucullus fudit. Mitridates post a pompeio nocturno prelio uictus inregnum confugit. Vbi per seditionem popularium a pharnace filio in turre obsessus uenenum sumpsit. Cum id tardius biberet quia aduersum uenena multis antea medicaminibus corpus firmauerat immissum percussorem gallum Sithocum. auctoritate uultus territum reuocauit: & incedem suam manum trepidantis adiuuit.:.

LXXV

DE. CNEO. POMPEIO. MAGNO.

CNEVS. Pompeius magnus ciuili bello syllæ partes secutus ita egit

ut ab eo maxime diligeretur. Siciliam sine bello proscriptis recepit. Numidiã iarbę ereptã masinissę restituit. Viginti sex annorum natus triumphauit. Lepidum acta syllae rescindere uolentẽ priuatus italia ab rogauit. Pretor inhispaniam pro consul missus Sertorium uicit. Mox piratas intra quadragesimum diem subegit. Tygranem addeditionem: Mithridatem ad uenenũ cõpulit. Deinde mira foelicitate rerũ in septemtrione albanos, colcos, enochios, caspios, hiberos. Nunc in oriente parthos: arabas: atque iudeos cum magno sui terore penetrauit. Primus ĩ hircanum rubrum & arabicum mare usque peruenit. Mox diuiso orbis imperio, cum crassus syriam: cæsar galliam: pompeius urbem obtineret: post cędem crassi caesarem dimttere exercitum iussit. Cuius infesto aduentu urbe pulsus in pharsalia uictus ad ptolemeum alexandrię regem fugit. Huius latus sub oculis uxoris & liberorum a septimio ptolemęi prefecto mucrone confossum est. Iamque defuncti caput gladio pręcisum usque ad ea tempora fuerat ignoratum. Truncus nilo iactatus a Seruio codro rogo inustus humatus que est inscribente sepulcrho: hic positus est magnus.

Caput abachilla ptolomei satellite ægyptio ue lamine in uolutum cum anulo caesari presentatum est. Qui non continens lacrimas illud plurimis: & preciosissimis odoribus cremandū curauit:

CAI. PLINII. SECVNDI. VERONENSIS. LIBER. ILLVSTRIVM. VIRORVM. FINIT. FOELICITER.

IMPRESSVM. FLORENTIAE. APVD. SANCTVM. IACOBVM. DE RIPOLI. M. CCCC. LXX. VIII.



6

